

II. 1.

Perg. fol. max. scr. saec. XII. ex.

Passionalis magni monasterii s. Eucharii pars una continens sanctorum vitas mensis Ianuarii cum praemisso folio, quod continet Kalendarii partem, quae concernit eundem mensem.

Inter vitas sanctorum, quae hoc volumine continentur liceat notare haec: Vita s. Genofevae (Incipit: Sancta igitur Genofeva in Nimetodorensi parrochia nata . . .) cum additis miraculis, Vita s. Gregorii episcopi urbis Lingonicae, V. s. Hilarii, Passio s. Patrocli, Vita s. Mauri cum prologo, V. s. Adaleide auguste cum prologo¹.

II. 5.

Perg. fol. max. scr. saec. XII. ex.

Godefridi de Viterbo Pantheon cum praemissa dedicatione ad Urbanum III papam directa.

II. 7.

Perg. 4^o. saec. X. ex.—XI. in. scr. Fuit quondam mon. s. Eucharii, quo asportatus esse videtur cod. ex arce Lucilinsburgensi. Praeter unam notam superstitiosam de somniis tractantem et notam dedicationis Lucilinsburgensis editam in Mon. Germ. SS. XV, p. 1292 continet codex fol. 5 hanc annotationem saec. XI. scriptam:

Notum sit omnibus hominibus, quod Salomon burgensis de Lucelenbure allodium quoddam in Sconeberc, quod idem Salomon iusta emptione a quodam nobili viro Herimanno comparavit, et quod idem Herimannus per manum domini Anselmi de Cavelre et Walteri advocati prefato Salomoni delegavit, altari, quod est in capella comitis, pro remedio animę suę ad luminaria noctis contradidit, ita ut idem Salomon et sui heredes perpetuo hec luminaria administrent, et ipsius anniversaria dies et uxoris suę Agnetis in memoria iugiter habeatur. Sacerdos vero servicia, quae dicuntur wisunga, habeat. Quattuor libris et V solidis comparatum est prefatum allodium. Quicumque vero hoc ab ecclesia alienaverit, anathema sit. Si vero heredes non bene administraverint, sacerdos ecclesiastica sententia eos constringat.

fol. 4' inveniuntur scripta saec. X. ex. vel XI. in haec nomina:

Fridagoz. Franco. Berecho. Hupertus. Vvolkerus. Inolfus. Odiloldus. Erlemunt. Engelbertus. Herebodo. Vvalkerich. Athacho. Megdibold. Engezo.

1) Etiam cod. n. 93^a ecclesiae cathedralis Treverensis continet textum egregium vitae s. Adalheidis (fol. 70'—86); sed uterque non est adhibitus ad editionem in Mon. Germ. Script. tom. IV.